



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrrippinæ, 1671

Art. II. Vtrum Angeli intelligent per species à rebus accertas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

DISPUTATIO OCTAVA

entitativo, ea tamen continent in esse intentionali seu intelligibili: Ergo si sufficiat ad hoc ut Angelus per speciem leonis perfecte & distincte naturam ejus intelligat, quod hujusmodi species continet substantiam leonis in esse intelligibili, ipsa etiam substantia Angeli poterit habere rationem medi, in quo clare & distincte omnia entia naturalia cognoscantur.

9 Respondeo negando Antecedens: nam ut egregie obseruavit Cajetanus hic artic. 3. duo sunt entium genera; unum eorum quae per se primò instituta sunt ut sint, & alterum eorum quae per se primò instituta sunt ut representent. Ea qua sunt primi generis, non continent naturas rerum in esse intentionaliter vel intelligibili, nec sunt formales illarum similitudines: unde non possunt illas representare, seu habere rationem medi in quo clare & distincte cognoscantur, nisi eas in esse entitativo eminenter contineant (repugnat enim illas in esse entitativo contineri formaliter in alio) ut suprà vidimus. Illa verò quae ad secundum genus pertinent, cum ad perfectionem naturæ cognoscitivæ, quatenus cognoscitiva est, ordinatur, & cognition fiat per assimilationem potentiae cum objecto, id est sunt formales rerum similitudines, easque in esse intentionaliter seu intelligibili formaliter continent etiam secundum proprias illarum differentias & rationes. Unde cum substantia Angeli non sit per se primò instituta ad representandum, sicut species intelligibilis, per quam cognoscit, v.g. naturam leonis, non debet continere illam naturam in esse intentionaliter vel intelligibili, sic ut illam continet talis species.

10 Ex quo intelliges quomodo species quas sententia communis admittit in intellectu Angelico, quamvis sint in essentia & perfectione finitæ continent nihilominus & representent plures naturas specificas, puta omnes illas quae continent sub genere animali; non verò Angeli D substantia: Ratio enim disparitatis constat ex dictis, quia nimur cum Angeli substantia sit de genere illorum entium que per se primò instituta sunt ad essendum, si plures naturas specificas contineret, eas in esse naturaliter & entitativo continere deberet; quod tamen est impossibile, eo quod specifices illarum naturarum differentiae, sunt inter se opposita in esse entitativo, ac proinde incompossibilis: è contra verò cum species Angelorum mentibus inditæ per se primò institutæ sint ad representandum; & ea quae in esse entis opponuntur, non sint opposita in esse representativo; ut verbi gratiâ albedo & nigredo in esse quidem entis sunt qualitates contrariae, sed non in esse representativo; unde & in una specie superioris ordinis, puta in specie sensus communis continentur: hinc fit, quod species intelligibilis supremi v.g. Angeli, quamvis sit finitæ & limitata perfectionis, plures tamen naturas specificas inter se oppositas simul continere & representare possit.

Objicies secundò: Essentia Angeli est radicaliter intellectiva totius entis: Ergo ipsa comprehendens, necesse est omnia quae sub ente continentur comprehendendi: Sed quilibet Angelus comprehendit suam substantiam: Ergo per eam comprehendit omnia alia quae sub ente continentur. Subsumptum & Antecedens à nullo negari possunt; secunda Consequētia sequitur necessariò posito Antecedente; prima vero sic probatur. Ut

A essentia Angelicognoscatur comprehendendi, necesse est quod attingatur prout est radicaliter intellectiva omnis entis; alias non attingeretur quantum intelligibilis est ex parte rei intellectus: Sed nequit hoc modo intelligi, nisi ejus cognitio attingat omnia quae sub ente continentur; Ergo, &c.

Confirmatur: Ad comprehensionem omnipotentiæ divinæ requiritur quod cognoscantur omnia possibilia, quia est factiva omnium possibilium: Ergo etiam ad comprehensionem essentie Angelicæ requiritur quod cognoscantur omnia quae sub ente continentur; quia est illorum

B omnium radicaliter intellectiva.

Respondeo quod uessentia Angelicognoscatur quantum cognoscibilis est, oportet quidem ut attingatur prout est intellectiva radicaliter omnis intelligibilis, etiam secundum propria rationes: sed d' hoc non requiritur nisi confusa cognition omnium intelligibilium. Ratio est, quia in eo quod est esse radicaliter intellectivum omnium intelligibilium, etiam secundum rationes distinctas, non involvit auctualis eorum continentia, aut habitudo ad illa secundum speciales rationes, sed solùm indifferens capacitas ad proprias eorum species recipiendas, quibus auctualiter ea continet, & determinate respicit: unde fit ut ad comprehensionem illius, quod est omnium radicaliter intellectivum omnium intelligibilium, non aliud requiratur, quam quod cognoscatur ejus capacitas, ut indifferens ad quilibet intelligibilium formas recipiendas; in quo non importatur nisi confusa eorum notitia. Ex quod patet responsio ad confirmationem: concilio enim Antecedente, neganda est consequentia & paritas: nam omnipotencia divina continet omnia possibilia per modum potentie in ordine intelligibili, sicut essentia Angelis.

ARTICULUS II.

Verum Angelii intelligant per species rebus acceptas?

C Elebris est haec controversia inter Angelici & Subtilis Doctoris Discipulos: nam licet Scotus concedat Angelum à principio sua creationis habere species inditas rerum universalium, imò & illorum individuorum quae in illo instanti simul cum ipso exstant, subinde cas non accipere ab ejusmodi objectis; contendit tamen ipsum mutuari à rebus species illorum singulorum quae decursu temporis sunt, nec ipsi ab initio nota sunt, imò quod posset Angelus universus faliter loquendo omnes omnino species ab objectis desumere, nisi per accidentis aliquę in prima sui productione fuissent illi inditae. Oppositum docet D. Thomas hic art. 2. quem sequuntur communiter Theologi, excepto Richardo, Gregorio, & paucis aliis.

§. I.

Conclusio negativa statuitur, & ex scriptura, ss. Patribus suadetur.

D Ico igitur: Angelos non intelligere per species à rebus acceptas, sed eas acceperunt a Deo in primo instanti creationis,

Probatur primum ex Sacra Scriptura Ezech. 28.
In signaculum similitudinū plenus sapientia, & perfectus in
filiū dextor.... in die quā conditus es.... perfectus in
vī tuū à die conditionis tue. Qua verba conti-
nent exhortationem Luciferō factam, quod
male utilis fuerit tot per se & omnibus, quibus à
primo fine creationis puncto praeditus fuerat;
inter quas numeratur plenitudo sapientiae, ad
quā necessariò requiruntur species: Ergo Lu-
cifer (& idem dic de aliis Angelis) ab initio
fine conditionis habuit rerum species sibi indi-
cas, non vero illas successu temporis à rebus ac-
cepit.

Confirmatur: Angelus fuit creatus in gratia; unde dicitur plenus sapientia, & perfectus dextor
... perfectus in viis suis à die conditionis sue: Er-
go in illo primo instanti debuit habere aliquem
actum supernaturalem di spirituum ad illam;
non accepit enim gratiam & justificationem ut
parvulus, sed ut adulescens, & per proprium actum
de disponendo: Ergo debuit habere cognitionem
supernaturalem à qua regularetur actus voluntati
ad disponendum ad gratiam: Ergo & species, sine
quibus talis cognitione haberi non potest.

Probatur secundū ex Dionysio cap. 7. de divin.
nominib; formaliter dicit, quod Angelī non con-
gregant divinam cognitionem à rebus divisibilibus aut
solidis.

Probatur tertius ex Augustino lib. 2. super Ge-
neſim ad litt. cap. 8. & lib. 4. cap. 24. & lib. 5.
cap. 4. ubi asserta res fuisse à Deo creatas prius in
mente Angelorum, quam in proprio genere: Sed non poterat esse creatæ in mente Angelo-
rum, nifin esse intentionali quod habent in spe-
ciebus: Ergo omnium rerum species fuerunt à
Deo inditae omnibus Angelorum: unde in libro
de causis propositione decimā dicitur: *Omnis in-
telligentia plena est formis.*

Nec dici poset, hæc Scriptura & SS. Patrum
testimonia solūm convincere, Angelum à prin-
cipio in creationis habuisse inditas species re-
presentantes res quoad rationes universales, non
vero species representantes singulares, maximè
illa que decursu temporis sunt. Nam contra est,
quia si iste species infusa Angelo, quasque na-
turaliter exigit, representent ita res in universi-
tate, quod non possint defervire ad cognoscendā
singularia, quando illa producuntur, sed indi-
cānt Angelus novā specie ipsius singularis, ab il-
la accepit, ut docet Scotus, sequitur quod An-
gelus ex natura sua requirat species valde imper-
fetas & confusas; quia representatio solūm in
universali, & quā non potest extendi ad sin-
gularia, est representatio imperfecta; & sic An-
gelus non esset à die creationis sua plenus sa-
piētia; quia carceret aliquā sapientiae parte, ea
suffices que versatur circa singularia.

Conferatur: Scientia solūm in communione in universalis sufficit ad summum ad perfisi-
endum intellectum speculativum, non vero
practicum: Sed qui non habet intellectum
practicum perfectum, non potest vocari absolu-
to (sicut in Scriptura vocatur Angelus) plenus sa-
piētia: Ergo &c.

Confirmatur amplius: Si Angelii acciperent
species singularibus quæ successu temporis de-
currunt, falsum esset quod ait Dionysius citatus,
Angelos scilicet non congregare divinam cogni-
tionem à rebus divisibilibus, aut sensibilibus:
hæc enim singularia divisibilia & sensibilia sunt.
Denique D. Augustinus locis citatis docet res

Tom. II.

A fuisse creatas prius in mente Angelorum, quam
in seipsis: Ergo loquitur de rebus secundū
quod terminant divinam productionem sive
creationem: Sed illam terminant secundū esse
individuale, non vero secundū rationes com-
munes & universales: Ergo docet omnibus An-
gelorum fuisse inditas species representantes res
in singulari, non vero solum in communi & in
universalis.

Dices cum Gregorio, Augustinum non loqui
de cognitione naturali i creaturarum, sed de su-
pernaturali, quā res istius universi cognoscuntur
ab Angelo in Verbo per visionem Beatificam.

Sed contra primum: Augustinus de ea cognitio-
ne loquitur quam habuerunt Angeli ex quo facti
sunt, seu in primo instanti suæ creationis: At non
fuerunt in sua creatione Beati, ut ostendit D.
Thomas infra quæst. 62. art. 1. Ergo non loqui-
tur de cognitione seu visione Beatifica.

Contra secundū: Ibi Augustinus loquitur de
cognitione communi omnibus Angelis ante lap-
sum malorum: Sed hæc non est cognitio habita
per visionem Beatificam, ut patet: Ergo idem
quod prius. Nec obstat D. Augustinum cogni-
tionem illam appellare cognitionem in Verbo:
nam ut docet D. Thomas loco proximè citato ad
3. etiam cognitione naturali cognoscit Angelus
res in Verbo, licet imperfecte.

§. II.

Rationes D. Thomæ expenduntur.

Praeter tam clara & expressa Scriptura & SS.
Patrum testimonia, multæ supertunt ratio-
nes egregiæ ex D. Thoma desumptæ, quibus
nostræ conclusionis veritas efficaciter fuaderi
potest.

Prima quam habet hic art. 2. & secundo con-
tra Gent. cap. 69. sic procedit. Idem constituendus
est ordo & distinctio inter substantias spiri-
tuales (servata tamen proportione) ac inter sub-
stantias corporeas: Sed inter istas hic est ordo &
distinctio, ut substantiae superiores, quales sunt
celestia corpora, habeant à Deo suam potentiam
(scilicet materiam primam) totaliter comple-
tam per formam, ab instanti primæ conditionis,
ita ut prædicta materia non habeat successivæ ac-
cipere ab aliis agentibus novas formas: Ergo
etiam inter substantias spirituales admittendus
est proportionaliter similis ordo & distinctio;
ita ut superiores inter illas, nempe Angelii, habeat
à primo instanti suæ creationis, & à Deo, totaliter
completam suam potentiam, nempe intellec-
tum, per formas intelligibiles; & è contra infe-
riores substantiae, quales sunt animæ nostræ, non
habeant illam à Deo completam à primo instanti
quo conditæ sunt, sed paulatim & successivæ
prædictas formas intelligibiles acquirant.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio.
Quamvis species intelligibilis sit forma acciden-
tialis, habet se tamen respectu intellectus, consi-
derati prout secundū se est tabula rasa, sicut
actus primus ad puram potentiam; quomodo
etiam si habet forma substantialis ad materiam
primam: Ergo sicut est possibile, & de facto da-
tur corpus, cuius materiæ primæ potentia sit à
prima sua productione completa per actum pri-
mum illi correspondentem, puta per formam
substantialis; ita erit possibilis, & de facto da-
bitur substantia intellectus, cuius intellectus
potentia sit à primo instanti suæ creationis com-

23.

24.

25.

Aaa iii

pleta

pleta per actum primum ei correspondentem, A quales sunt species intelligibles, & talis est Angelus, qui idcirco perfectus à die conditionis sua in Scriptura appellatur.

26.

Confirmatur amplius: Angelii sunt quid medium inter Deum & animas nostras: Sed Deus semper est in actu secundo, anima vero creatur in potentia etiam ad actum primum ordinis intellectualis, nam se habet veluti tabula rasa, ut dicunt Philosophi: Ergo natura Angelica, quae est media, debuit creari saltem in actu primo completo, licet cum potentia ad actu secundum; ac proinde in primo sua creationis instanti recipere à Deo species intelligibles, quibus intellectus constitutur in actu primo completus ad intelligendum.

27.

Secunda ratio quam habet idem S. Doctor locis citatis, probat specialiter Angelum non posse desumere species à rebus sensibilibus & objectis corporalibus, potestque sic proponi. Substantia immaterialis, quae omnino absoluta est à corpore, ita ut nunquam ipsi unitatur, nec uniri possit tanquam forma, non habet species ab objectis corporalibus: Atqui Angelus ita se habet: Ergo ab objectis corporalibus species non habet. Majorem probat S. Thomas primò: quia modus operationis propriæ alicujus rei proportionaliter respondet modo substantiae & naturæ ipsius: Ergo operatio substantiae omnino à corpore separata, & ab illo independentis, non potest à rebus corporalibus, & speciebus ab illis acceptis dependere. Secundò: quia ratio cur anima nostra unitatur corpori tanquam forma, est ut species à rebus corporeis accipiat, quibus mediis possit intelligere: Ergo substantia quae non est corpori unibilis, tanquam forma illius, non debet species ab objectis corporalibus recipere. Consequenti patet ex illo communis axiomate: Si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis. Antecedens probatur: Anima unitatur corpori propter bonum suum, non verò propter perfectionem ipsius corporis, nisi forte secundariò: cum enim etiam in eodem composito imperfectiora debeat esse propter perfectiora, quia id exigit naturalis ordo; in homine corpus debet esse ordinatum in bonum animæ, & per consequens anima debet uniri corpori, propter bonum suum, seu potius propter bonum totius compositi, non quatenus sensibilem, sed quatenus intellectivum est. Ergo tota ratio quare unitatur corpori anima ut intellectiva, est ut ipsa, seu totum compositum, in gradu intellectivo perfectiatur: Ergo cum prima perfectio ordinis intellectivi sit intelligere; ad quod corpus non deserbit, nisi quatenus ministrat species intellectui, mediantibus phantasmibus; ratio quare anima unitatur corpori, est ut accipiat species intelligibiles à rebus.

28.

Respondet Scotus, ex eo quod Angelus est substantia immaterialis, omnino absoluta à corpore, solum posse inferri quod non accipiat species à rebus corporalibus, ministerio sensuum, sicut eas accipit anima nostra, propter rationem oppositam: cum hoc tamen stare, quod Angelus possit accipere species à rebus sensibilibus & corporalibus, ut ab objectis.

29.

Sed contra: Si Angelus acciperet species à rebus corporalibus, etiam præcisc ut ab objectis, ab illis suam perfectionem acquireret: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud. Sequela majoris pater, Minor vero suadetur. Si Angelus à

rebus corporeis ut ab objectis, suam perfectio nem acquireret, ab illis dependet: Sed modus essendi Angeli excludit talen dependentiam: Ergo non accipit species à rebus corporis, ut ab objectis. Major est evidens; universaliter enim quod ita perficitur, talis est conditionis suadeat ab eo à quo perficitur; nec mirum, qua istud est causa formalis respectu ipsius. Minus verò probatur: Angelii sunt superioris ordinis res corporeas, ex suo speciali essendi modo. Ergo modus essendi illorum non patitur dependetiam à rebus corporeis, etiam ut ab objectis. Hanc rationem habet Divus Thomas 2, comm. Gentes cap. 96.

B

Quod si dicas animam rationalem esse immaterialem, & consequenter superioris ordinis corporalis & sensibilia; & nihilominus habere suam perfectionem intellectualem accepit. Respondet quod quamvis anima rationalis substantialiter ordinis superioris, ut ipso intellectualis, tamen quatenus est forma corporis, pertinet quodammodo ad ordinem sensibiliū immaterialium & ipsa sensibilia, dum animam perficiunt, inter quodammodo ordinem ipsius; quia non eam perficiunt, nisi ut subsumunt lumini intellectus agentis, & prout eluent inphantasma, quod est iuprimum insimi, hoc est ordinis sensibilium, contingens insimum supremi naturæ intellectus, neme animam rationalem.

Ex quo in confirmationem nostræ concludenduci potest alia ratio, quam egregie expedit S. Doctor loco proximè citato, ubi sic dicuntur: Altioris virtutis oportet esse aliis obiectum: vnu autem intellectiva substantia separate est altior quam intellectiva anima humana; cum intellectus anima humana sit insimus in ordine intellectuum, ut premisum habetur: intellectus autem humana anima obiectum est phantasma, quod est superioris in ordine obiectorum; quam res sensibilia extra animam existens Obiectum igitur substantia separate non potest esse res existens extra animam, ut ab uno mediate accipiat cognitionem, nequephantasma linquatur igitur quod obiectus intellectus substantia separate sit aliquid altius phantasmatum. Nihil autem est altius phantasma in ordine obiectorum sensibilium nisi id quod est intelligibile in actu substantia igitur separate non accipiunt cognitionem intellectuam à sensibilibus, sed intelligent ea que sunt per seipsa etiam intelligibilia.

Quarta ratio quam habet hic art. 2, ad 2. potest sic proponi. Non potest creatura intellectuā desumere species ab objecto materiali, nisi sensus habeat & phantasiam: Sed Angelus caret illis potentias: Ergo non potest ab objectis materialibus species desumere. Major probatur: Non potest virtus creatura naturaliter transire de uno extremo ad aliud, nisi per medium quod inter illa à natura constitutum est. Atqui si creatura intellectuā, carens sensibus & phantasiam, desumeret speciem ab objecto materiali, tale objectum transferre ab uno extremo in aliud, non transeundo per medium inter illa à natura constitutum: Ergo non potest creatura intellectuā desumere species ab objecto materiali, nisi sensus & phantasiam habeat. Major est certa: propterea siquidem natura curavit de mediis inter extrema, ut non nisi per illa ab uno ad aliud fieret transitus. Minus verò probatur. Est imaginabile five phantasmum, est medium à natura constitutum inter omnia sensibile, "quod à sensu externo per-

igitur, & esse intelligibile. At qui si creatura intellectus carens sensibus &phantasiā recipere species ab obiecto sensibili, jam ejusmodi objectum transiret ab esse materiali & sensibili quod haberet in se, ad esse intelligibile, non transirendo per esse imaginabile sive phantasticum, ut constat: Ergo fieret transitus ab extremo in extremum, sine transitu per medium, à natura inter illa constitutum.

Dices cum Scoto: Vel esse imaginabile sive phantasticum est medium necessarium ex parte obiecti, vel solum ex parte potentia cognoscendi: Primum dici non potest: alias (inquit) nullus intellectus, etiam divinus, posset cognoscere esse sensibile, nisi prius haberet esse in imaginatione. Si autem secundum dicatur, nulla erit ratio D. Thomæ: quod enim est medium necessarium respectu potentia inferioris & debilioris, non est tale respectu superioris & efficacioris: unde quamvis de tur quod esse imaginabile sit medium ex parte potentia inter esse omnino sensibile & esse intelligibile ab intellectu humano, non figuratur tamen illud esse medium inter esse omnino sensibile & esse intelligibile ab intellectu angelico.

Sed contra: Liceret esse imaginabile sit medium inter esse omnino sensibile, & esse intelligibile, necessarium non solum ex parte potentia cognoscendi, sed etiam ex parte obiecti materialis quod debet cognoscere; hoc ipso tamen quod tale obiectum non præcisè secundum quod est terminativum, sed quatenus est motivum intellectus, & causatum sive speciei, indiget tali meatio, non sequitur, ut malè inferit Scotus, quod nullus intellectus possit naturaliter cognoscere obiectum sensibile, nisi prius habeat esse in imaginatione; sed tantum sequitur quod hujusmodi obiectum non possit movere intellectum, & immutare sive speciem in ipsum, nisi transeundo per imaginationem: cum quo tamen stat, quod non intellectus divinus & angelicus possunt ipsum cognoscere absque eo quod immittat eis: usmodi species, ita possunt de illo perfectam habere notitiam, absque eo quod prius tale obiectum habeat, esse in aliqua imaginatione vel phantasia.

Hecratio, sicut & dux precedentes, probant quoniam Angelos non recipere species à rebus corporeis, & potest magis expendi vis illius. Quia inferius non potest attingere superius, nisi in simo illius, ac per suum supremum; nam ut dicit Dionysius 7. de divin. nomin. ordo universi postulat ut supremum infimi attingat infimum supremi: Sed infimum ordinis intelligibilis est humanus intellectus, supremū vero ordinis sensibilis est phantasma: Ergo sensibile non potest attingere ordinem intelligibilem, nisi in solo intellectu humano, & per phantasma.

Nec dicas phantasma contineri sub sensibili ut sive subindeque non esse medium inter sensibile & intellectuale. Respondetur enim sensibile sive duplex: primò pro eo omni quod sensu percipitur; & hoc modo sub se continet phantasma: secundò strictius pro obiecto extra existente, & sensus externos immediate immutantes, illud autem & intelligibile mediat phantasma, quod est supremum sensibilis primo modo sumptum.

S. III.

Corollaria notatu digna.

EX dictis colliges primò, in Angelis non esse intellectum agentem & possibilem, sicut in nobis, nisi forte &quivocè. Nam ut ait S. Doctor 2. contra Gentes cap. 96. Intellectus possibile & agens in anima intellectiva inveniuntur propter hoc quod accipit cognitionem intellectivam à sensibilibus: nam intellectus agens est qui facit species à sensibilibus acceptas esse intelligibiles: intellectus autem possibilis est in potentia ad omnes formas sensibilium cognoscendas: cùm igitur substantia separata non accipiant cognitionem à sensibilibus, non est in eis intellectus agens & possibilis: unde & Aristotle in 3. de anima intellectum possibile & agentem inducens, dicit eos in anima oportere ponit. Quibus verbis corollarium illud & doctis & probavit.

Colliges secundò, Angelum non posse, etiam supernaturaliter, intelligere per species à rebus naturalibus acceptas. Ratio est, quia cùm species quam accipit intellectus, ipsum in genere causæ formalis perficiat; nihil autem possit supernaturaliter causa formalis, nisi quod potest naturaliter; ut intellectus Angeli posset supernaturaliter intelligere per species à rebus corporeis desumptas, deberet id posse naturaliter; C quod tamen constat ex tercia probatione fieri non posse.

Addo quod cùm species perficiat, subinde que actuer intellectum, non minus autem impli- cert id quod est materiale, cuiusmodi est species desumpta à rebus corporeis, actuare formam omnino spiritualem, qualis est Angelus, quam materiam actuare formam; Angelum speciem accipere ab obiecto corporeo, manifestam arguit implicatiā.

Dices, Quamvis species desumpta à rebus corporeis sit materialis, posse tamen Deum ipsum depurare ab omnibus conditionibus materialibus, & sic depurata immittere in intellectum Angelii.

Sed contra: Intellectus Angelii in illo casu speciem illam non reciperet immediatè ab ipso obiecto, sed à Deo; unde perinde se haberet in receptione illius, ac si nullo modo esset desumpta à tali obiecto, eamque à solo Deo produc tam reciperet.

Addo quod talis species, etiam sic depurata à conditionibus materialibus, adhuc dicet habitudinem sive dependentiam ab obiecto corporeo a quo esset desumpta, utpote sibi essentialem, sive remaneret adhuc corporea: unde existimo quod neque etiam in illo casu posset Angelus ipsum etiam divinitus recipere; quia nimis aliis id quod est materiale, actuareret id quod est purè spirituale,

Colliges tertio, Angelum non posse recipere species à rebus etiam spiritualibus, puta ab aliis Angelis.

Probatur: Ut unus Angelus produceret species intelligibiles in intellectu alterius, deberet illabi menti illius. Sed hoc repugnat: Ergo & illud. Minor probata fuit supra disp. 4. art. 1. §. 7. coroll. 7. Major vero siadetur, quia deberet Angelus immediatè immeditatione suppositi hujusmodi species intra intellectu alterius producere; cùm enim sint spirituales, non possent diffundi per medium: Ergo per earum productionem Angelus constitueretur secundum esse naturale intra

intra intellectum alterius, in ratione cause humani modi specierum: Sed hoc est illabi intra terminos ipsius: Ergo ut unus Angelus produceret species intelligibles in intellectu alterius, debet illabi mente illius. Hac etiam ratione utuntur Thomistae, ad probandum illuminationem Angelorum non fieri per immisionem species, sed per solam directionem conceptionis, ut infra patebit,

41 Colliges quartò, quod licet phantasia in homine ex speciebus montis & auri speciem montis aurei formare posse, & similiter intellectus humanus ex quibuslibet speciebus praconcepit efformet alias (ob quam rationem D. Paulus post raptum recordabatur eorum quae in ipso viderat; quia scilicet ex illis formaverat species eorum representativas) intellectus tamen angelicus non potest formare de novo species ex objectis quae cognoscit. Ratio disparatis est, quia phantasia & intellectus humanus habent quod vel a se, vel ab alio novis speciebus perfici possint, ex ea quod non sunt potentia perfecte completa ab initio sua productionis: At vero angelicus intellectus postulat ab initio sua creationis habere species omnium quae debet intelligere naturaliter; & sic nullam habet vim formandi alias species de novo. Unde si per absolutam Dei potentiam Angelus privaretur visione beatificâ, non recordareretur eorum quae videt in essentia divina, nisi aliqua species de novo ipsi infundirentur. Nec debet hoc magis esse mirum, quam quod non posset intelligere, si produceretur sine intellectu per absolutam Dei potentiam: cum non magis possit esse causa specierum, quam proprii intellectus; immo minus, quia intellectus ab eius essentia resultaret, Deo non impediente; species vero minime, ut dicuntur articulo sequenti.

§. IV.

Solvuntur obiecções.

Conjicitur primò: D. Augustinus 12. de Trinitate cap. 7. sic ait: *Dum aliqua res de novo sit, afficiuntur carnales sensus hominum, & reliquorum animalium, nec non calefactus sensus Angelorum: Sed haec nova affectio Angelorum, non potest fieri à rebus illis, nisi Angelii ab ipsis species accipiunt: Ergo Angelii accipiunt species à rebus.*

Secundò, Hieronymus & alii Patres explicantes illud ad Ephesios 3. vt innotescat Principatus & Potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, dicunt sensum illorum verborum esse, quod Angelii ab Apostolis didicerunt aliqua mysteria gratia, saltem quod particulares circumstanias: quod tamen non videtur potuisse fieri, nisi ab eis scientiam, subindeque species intelligibles acceperint.

Tertiò, D. Thomas in quæst. de anima art. 18. ad 13. & art. 20. ad 11. dicit quod anima separata infunduntur species, medianibus Angelis: Ergo similiter mediante uno Angelo possunt infundi species in alium, subindeque poterit fieri quod Angelus non immediatè à Deo, sed à rebus, saltem spiritualibus, suas species desumat.

Respondeo ad locum Augustini, quod ibi solum vult distinguere intellectum angelicum à divino, per hoc quod divinus omnia simul ab æternō intuitivè cognoscit; angelicus vero non cognoscit intuitivè res, nisi quando existunt: ex quo fit quod quando res de novo producuntur,

A afficitur intellectus Angelis; non quidem eodem modo quo sensus humanus, per modum scilicet actus etiam primi, recipiendo speciem à re producta; sed præcisè per modum actus secundi, in quantum rem de novo existentem intuitivè cognoscit.

Ad locum Scripturæ respondeo, quodquid Angelii clarius, nempe intuitive, cognoscunt mysteria, quando sunt presentia, quam cum sunt futura; quia nimis eorum præsens requiritur tanquam conditio sine qua non ad intuitivam illorum representationem; idcirco dicuntur Angelii didicisse ab Apostolis, five ab Ecclesia, hujusmodi mysteria, quando ab ipsis fuerunt exercita & prædicata: cum quo stat, quod illa non innoverint ipsis per species ab Apostolis, vel ejusmodi mysteriis acceptas, sed a solo Deo infusas.

Ad duo loca D. Thomæ ex quæstione de anima defuscripta, respondeo S. Doctorem infra quæst. 89. art. 3. formaliter afferre, quod anima separata intelligit per species quas recipit ex infinita divini luminis, sicut & Angelis; unde quod alibi dicit, per hanc regulandæ & explicandæ sunt. Descendum ergo cum Nazario, species anima separata, ab Angelis infundi five causari, non effectivè, sed exemplariter; quatenus ad imitationem illarum quae sunt in Angelis, effectivè infunduntur à Deo.

Contra secundò responderi potest cum Joanne S. Thoma, quod Divus Thomas ibi loquitur de diffusione five causatione specierum facta in anima ab Angelis, non quantum ad earum substantiam, quia solum à Creatore fit, sed quantum ad aliquam perfectionem dispositionis & ordinacionis ejusmodi species, causatam per extrinsecam & distinctam proportionem objecti, clariori & superiori lumine Angeli illustrati; sicut à magistro per extrinsecam objectorum proportionem ordinantur species in mente difficultius.

Objetetur secundò: Si Angelus crearetur à Deo, sine speciebus intelligibilibus, vel posset aliquem aliud à se cum communi Dei influenti per proprias vires cognoscere, vel non? Si primum: Ergo Angelus sua natura relitus, posset a rebus cognitionem, subindeq; species accipere. Secundum: Ergo Angelus sua natura relitus, gen imperfectior anima nostra, utrumque quodlibet relata, potest cum communi Dei influenti intelligere res, quas in illo casu non posset Angelus intelligere.

Respondeo primò: negando suppositū, quod scilicet Deus, de potentia saltem ordinaria, possit creare Angelum sine speciebus: hoc enim quod velut illum creare, tenet suavis eius prævidentia ipsi species intelligibilis infundere.

Respondeo secundò, admittendo secundum à parte dilemmatis, quod scilicet in illo casu nihil aliud à se per proprias vires cognoscere. Ad probationem in contrarium, dico non esse mirum quod Angelus, absque aliquo quod fuerit in natura debetur, productus, esset imperfectior secundum quid anima nostra, habente illud omnino quod sibi à natura debetur. Sicut non est animal, quod anima nostra sine intellectu agere & viribus sensitivis creata, nihil potest intelligere, subindeque esset secundum quid vilior bruto.

Objecies tertio: Quæ sunt in inferioribus distinctione perfectionem, potiori jure sunt in superioribus: Sed abstrahere species à rebus sensibili bus dicit perfectionem, & convenit anima rationali cognoscere.

nali beneficio intellectus agentis: Ergo à fortiori A est auctor non solum influentie gratitii lumenis, sed etiam naturalis.

Respondeo distinguendo Majorem: Si dicant perfectionem simpliciter, & ab omni imperfectione depararam, concedo Majorem: si dicant perfectionem solum secundum quid, & imperfectionem admixtam, nego Majorem. Sicut enim licet intelligere per discursum, & componendo ad dividendo, sit aliqua intellectus humani perfectio; tamen quid est solum perfectio secundum quid, habens admixtam imperfectionem, intellectui Angelico non convenit, ut infra videamus. In pariter, quia habere vim educendi species ex rebus sensibilibus, non dicit perfectio- nem simpliciter in nobis, sed secundum quid tanquam, cum supponat imperfectionem potentia- litatis & inferioritatis in gradu intellectuali, non debet reperi in Angelis.

Objicetur quartò: Non minoris efficacia est objectum intelligibile in actu, quam sensibile in actu intra suam lineam: Sed sensibile in actu diffundit speciem in sensum: Ergo etiam objectum intelligibile in actu, qualis est res spiritua- lia, diffundit speciem sui in intellectum Angelici, ut pote non dependentem à sensibus: Ergo quare Angeli non accipiunt species à rebus sensibilibus, eas tamen habent a rebus immate- rialibus.

Respondeo quod eti sensibile in actu diffundat species in sensum, intelligibile tamē in actu non immittit speciem in intellectum. Ratio disparti- atis est, quia sensibile in actu habet hanc virtutem ex eo quod est objectum potentiae aptæ recipere species successivæ; intelligibile vero in actu est objectum proportionationis potentiae, quæ naturaliter est in actu respectu omnis intelligibili, quatenus omnem intelligibilem formam postula habere ab initio, suæ conditionis, & eam actu recipit Deo: unde intelligibile in actu, non habet virtutem diffundendi suam speciem in præ- dictam potentiam; quia nulla datur virtus acti- va cui non corresponeat aliqua passiva. Neque hoc sequitur, quid sit minoris efficacia, quam sensibile in actu; sicut nec sequitur quid la minoris efficacia, quam ignis verbi gratia, quamvis non possit calefacere: quia cum hoc sit quod sit principium perfectioris & immaterialis operationis, quam objectum sensibile, & perfectiori modo, nimirum per modum speciei imprecise, ad sui cognitionem concurrat, ut dicimus disputatione sequenti; & sic quamvis non habeat illam vim diffundendi speciem, est tamen simpliciter efficacius, quam objectum sensibile.

Objicetur quinto: Si species Angelorum es- sent infusa à Deo, & non à rebus accepta, es- sent supernaturales; quod enim à Deo infun- dum, & ab illo solo fieri potest, supernatura- le est.

Respondeo species non esse supernaturales, licet infundantur à Deo: quia non infunduntur à Deo auctore supernaturali, sed à Deo ut ope- rante iuxta naturalem capacitatem Angeli, & exigentiam ejus; sicut infundit & creat animam rationalem, quando materia est disposita. Ita S. Thomas in fr. quest. 89. art. 1. ubi tertio loco libri obicit: quid si anima separata inteligeret per species intelligibiles divinitus infusa, haec cognitio non esset naturalis, sed gratia. Et re- spondet negando hoc sequi. Quia (inquit) Deus

Iam. II.

convenit intellectui Angelico.

Objicetur ultimò: Si Angelus non acciperet species à rebus, sed eas ab initio suæ produc- tions haberet, cognosceret futura contingentia, & cogitationes cordium, etiam quandiu manent se- creta; utpote cum ad illorum cognitionem re- quirantur solum potentia cognoscitiva, & species intelligibilis illorum representativa. Sed hoc dici nequit, ut patet disputatione sequenti: Ergo nec illud.

Respondeo negando sequelam: nam ut ibidem ostendemus, quamvis species futurorum contin- gentium, & cogitationum cordis, sint repræsen- tativæ illorum in actu primo, ad hoc tamen ut ea repræsentent in actu secundo & in exercitio, re- quiritur, tanquam conditio sine qua non, exi- stentia futurorum, & manifestatio cogitationum cordis.

ARTICULUS III.

An species per quas Angelus intelligit, ab eius essentia fluunt ut proprie passiones?

Artem affirmantem tenent Bannez, Nazari- pius, & Valenta hic; pro qua etiam citant Capreolum & Cajetanum. Sententia tamen ne- gans communior est in Schola D. Thomæ, & principiis supra statutis conformior; eamque docent Ferrarensis 2. contra Gentes cap. 93. Na- varrecta tomo 3. controvers. 55. Salmanticenses, Joannes à S. Thoma, & alii: undesit.

S. I.

Hæc sententia ut probabilior eligitur.

Dico igitur, species intelligibiles Angelorum, non esse propriæ & in rigore proprietates ipsorum.

Probatur primò e D. Thomæ in fr. quest. 89. art. 1. ad 3. ubi ait: *Anima separata non intelli- git per species innatas &c. sed per species ex influentia divini lumen participatas, quarum anima sit parti- ceps, sicut & alia substantia separate.* Et art. 3. in corp. *Anima separata* (inquit) *intelligit per species quas recipit ex influentia divini lumen, sicut & An- geli.* Ergo sicut species non fluunt ab essentia animæ separata, ut propriæ ejus passiones, ita nec ab essentia Angelii.

Confirmatur: Quando D. Thomas loquitur de species Angelicis, dicit illas esse infusa à Deo: quod tamen esse falsum, si essent verae proprietates, potius enim deberent dici concreatae, aut eductæ de potentia subjecti, quam infusa, quis essent productæ per eandem actionem quæ ipsa substantia Angelii; nam actio agentis quodam veluti ordine terminatur primo ad essentiam, & secundò ad proprietates, ut docetur in 2. Phy- sicorum.

Probatur secundò conclusio ratione fundamen- tali. Qualibet natura ex se & ab intrinseco deter- minata est ad habendas has proprietates, potius quam alias: v. g. natura humana ab intrinseco determinata est ad risibilitatem; natura equi ad hinnibilitatem &c. Sed natura angelica ex se & ab intrinseco non est determinata ad habendas has potius quam illas species; sed hoc pendet solum ab extrinseca & libera Dñi voluntate. Ergo spe- cies intelligibiles non fluunt ab essentia Angelii tanquam verae & rigorosæ proprietates. Major Bbb patet